beatus Petrus spũ ꝓphetico transmisit in vos germanos. Notate v̄ba ⁊ signate misteria
vos germani. Quis vos seꝑabit o Treuireñ a Coloniensib⁹ frẽs em̃ estis. Quid dignius
baculo sancti Petri vbi romanus pontifex suscitabit multitudinẽ gentiũ ad fidem cristi.
Quid ꝑ petꝝ nisi sacerdotiũ intelligimus ⁊ quid ꝑ baculũ nisi pastoralis autoritas ꝑ quam
suscitatur ouis errans ad ouile reducit̃ per hunc baculũ pastor sustentat̃. dum romanoꝝ rex
summũ pontificẽ om̃i qua p̃t reuerẽtia ⁊ honore subleuat ⁊ exaltat. hunc baculũ beatus pe
trus Romanus ⁊ Antiotenus ep̃us ꝑ Euchariũ transmisit ad gallicã belgicam dum Ro
manus pontifex ꝑ manus magnifici karoli romanũ Imperiũ de grecis. transtulit in germa
nos. longe añq̃m fieret petrus spũ ꝓphetico in sua missione pastoralis baculi ꝑtem inferio
rem sed longiorẽ eccl̃ie Treuireñ. Quia licet ciuitas Treuireñ antiquitate sit longior Colo
nieñ tamen inferior potestate ⁊ merito.

Capittulum Duodecimum.

Olonia igitur suꝑiorem tenet ꝑtem baculi quia Colonieñ ep̃s non solũ Romanoꝝ
regem eligere hꝫ sed electũ pre om̃ibus alijs p̃ncipibus tenet ⁊ debet consecrare In
hoc Romani pontificis p̃currẽs offitiũ q̃ regẽ electũ canonice in Imꝑatorẽ cõsecrat
romanoꝝ Manifestũ est ergo ꝙ non solũ humana solertia ex necessarijs ⁊ rationabilib⁹
causis fuit institutũ ymmo diuina p̃figuratõe p̃signatũ. Sꝫ de hoc nõ est vobis gloriandũ
Sꝫ quantũ vos ostenditis reprehensibiles tanto magis vos ab Imꝑatoris obsequio faci
tis alienos. Quid ysaie dr̃.xxij.audiatis. Hec dicit dñs exercituũ Uade ⁊ ingredere ad eũ
q̃ habitat in tabernacl̃o ad sompnã p̃positũ tẽpli ⁊ dices ei q̃d tu hic aut q̃si q̃s hic qꝛ exci
disti tibi hic sepulchꝝ. excidisti tibi in excelso mẽoriale. diligẽter impetra tabnacl̃m tibi. ec
ce dñs asportari te faciet sicut asportat̃ gall⁹ gallinati⁹ Heu si amicitia nõ est inter vos fra
tres quõ erit inter extraneos Tempus ad est qđ heu mala pl̃a inaudita circũquaqꝫ euesti
gio surgere debent.

Capittulum Tridecimum.

Uiri prudentissimi sub bacl̃o sancti Petri attẽdite q̃so Reynhard⁹ lolhard⁹ in q̃dã
visione ita vidẽs tribl̃atões cleri in ecclesijs sancti Petri ꝓrupit in hec v̄ba P⁹ hoc
certabãt.ij.frẽs hñtes vnũ bacl̃m in ãbab⁹ mãib⁹. vn⁹ rubeã crucẽ inferi⁹ gestabat
alt̃ nigrã crucẽ supi⁹ ⁊ tot⁹ cler⁹ tristabat̃. Accessurũt lup⁹ ⁊ vrsus rapiẽtes bacl̃m. Steterũt
frẽs ꝯtristati timendũ ꝙ tp̃s adsit. Dat̃ intelligi quõ ex ducatu gelrie esurgẽt noua mala liliũ
intromittet̃ ⁊ vrsus crutiãs eccl̃iaꝫ Colonieñ de post ad Treuiros ascẽdet. Lup⁹ aduersari⁹
eccl̃e vt rapiat s̃bam ei⁹. Uñ figurat̃. Geñ.xlj.vbi legit̃. alie.vij.boues egrediebãt̃ C iij

de fluuio. fede ꝯfecteq; macie ⁊ pascebant in ipa annis ripa in locis vberrimis deuoraue-
runtq; eas quoꝝ mira spēs ⁊ habitudo corpoꝝ erat. Datur intelligi quō septē neq̄m dep-
ment terram Treuireñ emergēt vt euoluent. Et dicunt fede qꝛ ecclīaz cū clero macl'abunt
deformañ ꝯuersationes honestas. Et sunt confecte macie qꝛ exhauriēt pinguedinē religio-
soꝝ ⁊ p̄latoꝝ. pascūturq; in ripa ānis ꝯtinue flueñ. O mossella fluēs in renū placa creato-
rem. Et pꝰ tribl'atōes pl'imas fugabis tu o crux rubea vt fidel' isrl'. Illos septē neq̄z vt figu-
ratur Deutro. docz. vij. ca. dicēs. Isrl' de terra sctā. vij. gētes fugauerūt. Gergeseos: amor-
reos. Eueos. Etheos. Chananeos. Jhebuzeos ⁊ Pherceseos. Depost manebit in pace
locus tuus o crux sctā baculusq; eucharij.

Episcopi Treuirensis ⁊ Coloniensis hic debent stare
habentes bacl'm in manibꝰ. Et veniet vrsus niger rapiēs bacl'm ⁊ lupꝰ grise-

Atur intelligi pꝰ intestina bella incepta inter dños reuerēdissimos Treuireñ ⁊ Colo-
nieñ veniēt vrsi siluestres. ac lupi interfectoriales Secularitas tribulabit eos sub ma-
imiliano vl' frācigena ⁊ illa tribulatio sil' ibit tribulatōi q̄ fuerat tpe Machabeoꝝ in
q̄ tribulatōe summū sacerdotiū fuerat occupatū a yecone Menelao Lisiniaco ⁊ Archimo

Et ip̄is tribl̄atōibus finitis xp̄s p̄nceps pacis nascebat̄ in carne ⁊ octauian⁹ a ppl̄o romano r̄cepit mūdi monarchiā. Et sūmū sac̄dotiū vacabit ꝑ mortem olim Macha. sic sub isto maximiliāo vacabit heu sedes rōna vt credo ꝑ ānū cū dimidio vt hēt̄. v. ⁊. vi. ca. libri Cirilli In quo tp̄e tribulatō magna erit ⁊ r̄surgꝫ nou⁹ ordo ⁊ nō restauratō in eccl̄a. ⁊ ml̄ti pseudo pōtifices erūt añ r̄formatōeꝫ in ytalia ⁊ rōnia. Uñ sibilla Erithrea clarissima ꝓphetissa sentiēs aduētū pulli p⁹ mr̄em aq̄le. ⁊ pseudo pōtificū q̄ erūt ei⁹ tp̄e dt̄ P⁹ hec veniet altera aq̄la q̄ ignē fouebit in gremio spōse xp̄i. ⁊ erūt tres adulteri vnusqꝫ legitti⁹ q̄ alios vorabit erūt tria nōia blasphēie cant⁹ abhōiatio ascendeñ in ꝯspcū altissimi ⁊ finis ei⁹ interitus.

Hic debent sedere tres episcopi confirmati a papa Infulati predicantes populis

Capittulum Decimumquartum.

Ibilla cretensis sic loq̄t̄ de aq̄la ⁊ lilio ⁊ pseudo pōtificib⁹ Erit in insidijs spōse agni depaupans cultū eius ⁊ erunt sponsi tres adulteri vnusqꝫ legittim⁹ in cātu debil̄ q̄ alios vorabit. Deinde cantabit gallus optima fiet restauratō in ea Et fulminabit ip̄e le Sttimus papa sn̄iam in tres alemanos p̄latos tamq̄m inobedientes ⁊ rebelles spōse agni.

Datur intelligi. Erunt tres adulteri pseude pontifices epi simul orta discordia inter illos Unus canonice ⁊ legitime electus a papa in cautu debilis dum adulteris resistere nequit. Unus adulter alios vorabit vt expellat interficiat tria nõia blasphemie pdicantes heresim concitauim⁹ populũ contra clerꝝ cuius cautus abhominatio quia simoniaca labe repsus erit quousq; pes vnus ⁊ sex digiti numerent finis eius interitus casualis. Unde ppheta Disperdam nõia ydolorꝝ de terra .i. eccl'a. Cantabit gallus .i. verus papa. optima fiet restauratio erroribus exstirpatis ⁊ sub ipo aquila finient tribulationes deri. Quia post ipm Imperium destruetur. Illud attendite o religiosi Treuireñ ⁊ vos philosophi Colonieñ ne lupi rapaces introeant in ouile vestrũ. Fratres eñ estis. ne alij accipiant coronas vras. Temporibus eñ vestris esurgent noua inaudita in ecclesijs vestris q̃ almipotens auertat.

Hic debet stare Monachus percutiens aliũ monachũ ⁊ trudens

Capitulum Quintūdecimum.

Ta mala cadent bis annis in religiosos ac deū colentes. multa namq; inter se dis-
crimina simulantes. Jurgia exercebunt. Ipsoꝝ castitas. iusticia. pietas. parcimonia.
sobrietas. ⁊c. diminutōnem passūra videt ꝓpter ☙Marte cōmūctionis magne. dispo-
sitorem in ipoꝝ domo Unde inter ipos nxe. contentōnes. odia cū luore orient. Ad plura
non ad oīa vita ꝑcipites erunt. Stup adultera exercen latēter ⁊ simulta. Unde in libro
lamentationū Jheremie ꝓphete dicit Joachim Certe vita cōtemplatiua olim in veteri le
ge viguit sub helia ⁊ heliseo ⁊ filijs ꝓphetaꝝ in filijs israhel. Sz quia torrens Carith defi
cit in eis gracia spiritualis ꝓpter ꝑuersores nephande Jhesabelis vita ipa migrauit ad grecos
sub ☙Paulo ꝑmo heremita Anthonio ⁊ alijs heremitis Inter eos quoq; reperti sunt here
siarche ⁊ falli religiosi vtrusq; sexꝰ q̄ quia formicam sunt a deo suo vita ipa cessant. O vi-
ri euangelici monasticam vitam ducentes attendite ex quo fractū est capistrū sup mēsam
⁊ regla mōastica ē diuisa. nō ꝑ nutu ieiunijs sz delicijs epulisq; vacare. Eatenus expulsa est
spiritualis vestra religio ⁊ dabitur gelfis ⁊ gebelinis. ☙Hinc ⁊ Ysuas. Egeni ⁊ paupes que
runt aquas ⁊ non sunt lingua eoꝝ siti aruit. pinde dabo in supinis montū flumina ⁊ in me-
dio campoꝝ fontes. ☙Datur intelligi quō Albatie monasteria ⁊ ꝑlature subiacent tpalibus
⁊ metebunt vbi non seminauerūt colligent vbi non sparserūt. Unde tulerūt inde auꝝ meū
i. lr̄am ⁊ doctrinam a monasterijs ⁊ fecerūt inde baal locū ☙Martis ꝓncipes seculares Au-
rum est etiam diuina scriptura quā ex decretoꝝ ⁊ alioꝝ compositionibus auferūt ⁊ in de-
cretales ⁊ auaras sententias doctrinasq; transfundūt ipi religiosi. Sic necesse est vt lingua
simplicis siti areat auaricie. quam libra ⁊ ꝓflua doctrina euangelica nō irrigat. Hec est illa
litis ⁊ siccitas arefacta cupiditas de q̄ ⁊ dr̄ Samaritana ydropica biberit supueniente aliā
non extinguit ☙Montes sunt prelati ⁊ magni abbates in seculo sua gymnasia erigētes: Stu-
pui colles viri religiosi prīores prepositi. Sz campi sunt fideles simplices. oīes ergo sici-
entes venite ad aquas. deu circumquaq; monasteria depaupabunt. Ipsi seculares sunt isti
equi varij coloris ⁊ fortes ad discurrendū viam monasteri oꝝ ⁊ terram designati in ☙Moy
se ⁊ Helia. quoꝝ vnus pharaonem ⁊ eius exercitū dieciit in mari rubro. Alter achab cum
Jezabele ⁊ sacerdotibus Baal zelo diuino pemit. Sicut ordo contemplatoꝝ interijt. sic
Benedictum Anthonite Carthusienses. amitteret plura cū Bernhardus ☙Premonstratē
ses ac ālijs ⁊ fere oīs religio merebit sub ciliade presenti benignissim Jouis oppressiōe
O viri euangelici rogate Boaz dōm messis vt expandat pallium gratie sue supra vos q̄a
propinqui estis mihi indulgendo.

De Gallicis ⁊ principib⁹ gallie Capittulum.xv.

Collegi ex dictis antiquoꝝ galliã traxisse nomẽ a galla grece qđ est lac latine eo ꝙ nitidiores sunt hispaniolis ac ceteris videt̃ ꝙ non incõgrue gallia dicat̃ etiam propter proprietates galli que sunt triplices.

Hic debent stare tres galli.

Am p̃mus gallus d̃r malus. qꝛ est sup̃bus. clamarosus. luxuriosus. inconstãs ꝓnus ad lites ꝓnus ad pacẽ. vñ gallici q̃ has ꝓp̃etates hñt sciant se l̃ clam aut palã de vili gallicoꝝ genere traxisse originẽ. Prop̃etates galli boni sunt iste pulcer in corpe pulcrior plumatus q̃m deplumat⁹. audax. hillaris. amatiu⁹ ⁊ liberalis. Iste q̃ ita fuerit de nobili ꝓsapia galloꝝ traxit originẽ l̃ ꝯsuetudo mutauit in eis naturã viliorẽ. Porro hee sunt ꝓp̃etates galli optimi. circũspect⁹. euigilãs seip̃m alis p⁹ excitãs gallinas. i. subditos bñ r̃gẽs ⁊ fecundãs granũ ex palleis eliciẽs ꝓximis ꝯdiuidẽs. Iste gall⁹ est sp̃ualis p̃latus in eccl̃ia.

Otandũ a Priamo vsqꝫ ad Faramundũ. ⁊ a faramũdo vsqꝫ ad helde- Ca.xvj.
ricũ oẽs r̃ges ⁊ p̃ncipes gallicoꝝ fuerũt gẽtiles ⁊ pagani. Hic helderic⁹ ꝯgnouit ancillas ⁊ vxores eaten⁹ expulsus ad Thuringiã ad Basamũ regẽ ꝯfugit ⁊ ꝯiugẽ eius

vastuam illicito coitu ꝯgnouit. q̄ genuit clodoneū de adulterio gētiliū. sic ꝓcreatū Remigius baptizauit. Ex isto cledoneo oēs r̄ges Francie xp̄iani fuerūt. Et p̄m⁹ karolus q̄ dicebatur marcellus ex adulterio nat⁹ fuit ex pr̄e pipino ⁊ alpaida mr̄e. q̄ karolus expulsis filijs legittimis pr̄is sui drogēte ⁊ gynnaldo successit pr̄i in r̄gno. Erat tirann⁹ mlt̄as clero ⁊ ecclesie inferēs insidias. hic fuit de malo gallo. Cū moreret idē karolus papa dn̄m habuit in vrbe. ꝙ karolus marcellus frācoꝝ rex mortu⁹ esꝫ in treuiri ⁊ cū corpe ⁊ aīa duceret̄ in infernū. Misit ergo papa nūtios ad ep̄m Treuireñ q̄ apto monumēto serpentē inuenerūt mire magnitudinis corpe nō inuēto: Et dr̄ in libro Regū francoꝝ ꝙ de karlingis. i. de stirpe regis karoli franci suscitabit̄ imꝑator in nonissimis nōie. P. q̄ erit p̄nceps ⁊ monarcha toci⁹ europe reformabit eccl'as ⁊ cleꝝ p⁹ illū nullus āplius imꝑabit. Ergo māifestū est ꝙ sic̄ Romana eccl'ia dei sit r̄gnū rōnū ⁊ sil'r r̄gnū dei de quo r̄gno illd̄ d̄r qd̄ ihūs dixit discipl'is suis vobis inq̄eus datū est nosce misteriū r̄gni dei. Illis āt q̄ foris sunt in ꝑabolis vt vidētes videant. Si em̄ opa q̄ mistice fiunt in hoc regno dei palā cunctis dicerent̄ non solū carnales ⁊ suꝑbi nō intelligerent quinimmo ip̄i potius veritatē ꝑuerterent in derisum.

Hic debet stare rex Francie cum lilio.

Capittulum Decimũ septimum.

Rigida de Swetia in reuelatiõe sua dixit. Egredietur liliũ ex agro occidentali erit crescens in mille milia in terra virginali. recupabit amissa. odore suo rigabit venenosa ⁊ erit fortior cedro. O Iuuenis in terra lilij. Attende ꝙ noua testa capit inueterata sapit. Inpinge tabl'e cordis tui q̃ hucusqꝫ rasa. queso clementer vt regibus cõgruit. Corrige conscientiã tuã. studeas an sis de gallo bono vel malo. Nã de bono gallo antiquũ ꝓphetĩ cum inuenit ita Aquile grandi sociabit liliũ ⁊ mouebit ab occidente in oriẽtem cõtra leonẽ leo carebit auxilio: ⁊ decipiet a lilio. fragrabit liliũ in alemania, vnde laus sua vltima volabit sub aquila.

Hic debet stare media aquila in dextra In sinistra lilium:

Capittulum Decimũ octauum.

E laudibus lilij ita subinfert. O frantia terra nobilis. q̃ talem fers florẽ q̃ arborẽ arefactam iam annis mltis transactis solã odoris appensione virescere faciet. Et amore caritatis inflãmabit aq̃lam orientalẽ volando ad ardua alis duabus fulgens in montibus cristianitatis. Illud est liliũ odoriferꝫ. vnde apes fideliũ in eccl'ia sugẽt mel affectõis ac de

siderij. Rebelles fugent venenũ lamentationis in agro v̄ginali ⁊ liliũ cum aureolis stabit illesum Illud liliũ afficient puellule scorpionis Alemanice nationis appendere fertis festiuitatum. Unde lugubriter lugebunt O iuuenis in terra lilij attende ne dicatur Ue terre in qua rex puer Cum tu sis ille qui agꝝ saphireũ fers sub celo tribus aureis lilijs insitum q̄d te docebunt Nam p̄mũ liliũ p̄dicat te ⁊ successorem esse. ministrũ altaris vicariũ xp̄i manũ sinistram tenentis in epistolis vniuersaꝝ nationũ. Scd̄m liliũ p̄dicat te ⁊ tuos esse colũnam cristianitatis in p̄te occidentali ab isto lapide marmoreo q̄ abscisus est de monte sine manibus. Tercium lilium p̄dicat te esse aduocatũ sponse cristi gerens aureolã lilij in capite optimi odoris. Ergo vocitaris cristianissim⁹ inter om̄es reges. O candor lilij micans in ecclesia qd̄ lilium angelus infixit. Remigius francoꝝ apl̄us vnxit. Dionisius demonstrauit. Ludowicus exaltauit. Frantia nutriuit Gallia decorauit Attende nam si de malo gallo processisti scias illud sub regimine tuo.

Capittulum Decimũnonum.

Otens est deus ⁊ Francos suscitare aduersus eccl̄iam q̄ eam humiliabunt. Heu ille qui est om̄i infamia. famosiq3 sceleris maculatus felicibus semp̄ auspicijs ⁊ maximis honorũ cumulus cruento adhuc gladio tirannica cupiditate. Ac marciali temeritate ad culmen extolletur regni iuxta statũ vniuscuiq3. Ut heu heu Bohemoꝝ heresiarcha felicitas exaltata est ⁊ spiritualitas suffocata. Illũ vero quẽ v̄tutũ adornant insignia salutiferi Iouis passione maximis erumpnaꝝ calamitatibus p̄cipitem celeritate oppositũ lugubri casu immatura faciet morte perire. Ut tp̄e karoli nouissimi regis frãcij comes de armgack ⁊ Ludwicus delphinus Heu in alta Alemania contra catholicam ordinationem cruentis gladijs Incendijs ac rapidis vultibus exercuerunt. Sic sub Nouello innocenti quẽ pueꝝ vereor vocitare. Heu varia orientur incommoda tam in clero q̄m in populo. non verent̄ sui exterminare loca sancta. O puer attende an bonus gallus sis ista te informabũt. an cristianissimus sis. Nam si de bono gallo traxisti originẽ quare columnas r̄gni tui non erigis non alis tuis excitas. eisq3 grana bone fame ac honoris ostendas. sc3 Sacerdotiũ Regnũ ac studium Parisiense. His siquidem tribus columnis tamq̄m tribus virtutibus videlicet vitali naturali ac aĩali. lilium viuificatur augmentatur atq3 regit̄ ⁊ tamq̄m fundamento pariete ⁊ tecto Idem regnũ tuũ quasi materialiter p̄ficitur. Hoc autem scias q̄ in diebus tuis instabunt tp̄a pericl̄osa q̄ prius nõ fuerunt. Peiora q̄m sub pusella Nam proprij tui aduersum te surgent. Folia lilij distirpent̄ ⁊ liliũ in agro v̄ginis arefiet ⁊ sic malus gallus male perdetur. Ergo princeps apl̄orum te ⁊ tuos docuit dicens Deum timete ⁊ regem honorate romanoꝝ Cetera in libro v̄boꝝ hui⁹ Interpretatõis sunt scripta Uale

Hic debet stare Bohemor rex armatus.

Capitulum vicesimum.

Maginādum ⁊ firmiter credēndū est ꝙ nr̄a demerita pctā ⁊ heu varie p̄ceptor̄ dei trās̄gressiones ⁊ sine dubio irrefrenata cupiditas seu p̄cupiscētia q̄ nō ꝓtēta debitis limitibus ⁊ pprijs uniquo cursū sibi vēdicat aliena. Que nr̄is nūc tpib⁹ heu valde multipliciter ⁊ intrepide a nōnull̄ vtriusq; stat⁹ tam spūalū q̄m secl̄arū exercet ita ꝙ xp̄i militans spōsa nō videt a capite vsq; ad ꝓ plantā pedis tanta pctōr̄ vulnera p oia sua mēbra vnq̄m habuisse q̄nta his tpib⁹ sustinet sine fallo. Nō em̄ astra neq; eclipsatōes nos torquent. Sz pctā ⁊ heu facinora q̄ facim⁹ nūero carētia. tristicias. merores. mortes. morbos. famen. guer̄as heu ⁊ q̄m pl̄a alia impedimēta sup̄ nos euocant ⁊ dolores.

Heu beelphegor hereſiarcha bohemor̄ regulus venenosus q̄ se p rege bohemie gerit romane eccl̄ie ac orthodoxe fidei hostis acerrim⁹. p hāc senā eclipsatōem sponse xp̄i turbationes pl̄umas. noualiaq; affert. heu egregioſq; viros interficiet o iuuenis ad bella duct⁹ p tuos quō audes viuere in statu in quo mori non audes. nescis ꝙ sepelieris sepultura asinina. Progenitores tui viri catholici. viri famosi.

Quid tu gloriaris de doctoribus tuis excõicatis Uerꝫ est tu colligis conuentũ cũ stramini-
bus arenam cũ lapidibus. archillam cũ cinere. de q̃bus nullũ murꝫ cõstrues Tu pelles mor
tuas vis consulere. i. doctos hereticos q̃ nesciunt q̃d dicũt. Sequere paulũ q̃ nõ est missus
ad legẽ sed ad anamã. si non hunc vade ad herodẽ q̃ clam didicit a magis vbi xp̃s nascere
tur. Uideas ne dep̃deris volẽs colligere aurꝫ. auricalcũ in manu tua inueniat̃ tñ dñaberis
sed cito adimplebit̃ tempus regiminis tui Cũ eñ in etate tenera fuisti sicut a p̃ntibus duce-
baris sic fecisti Jam vbi ratio sensui cepit dñari excutere queso q̃ sunt p̃uuli. Qualẽ q̃stiõez
cũ lupis ⁊ cornupetis habes. O virus insanabile tua pompa vt rex eccl̃am dampnat. spm̃
sanctũ blasphematur aĩam cũ subditis cruciat. Doleo v̄e ⁊ iterꝫ doleo. Nã q̃ viderit te plan
get ⁊ lugebit sup̃ te virꝫ doloris ⁊ dicet ecce hõ q̃ p̃ualuit in vãitate sua. Si eñ cham male-
dictus est eo ꝙ verẽda p̃ris sui nõ operuit mlta ãpliore ꝯdẽpnatione dignus existis q̃ patri
bus legatõe dei sine gentib⁹ ꝯtumeliã infers agnosce tñ stellarꝫ influx⁹ sic̃ radiũ solarẽ des-
cendere sup̃ aurꝫ ⁊ stercus. Uere turpiter subibis Corrige emenda vitã tuã ⁊ idolũ tuũ ex-
cõicatum. anathematisatũ. a p̃ria expulsum vt viperã fuge intoxicabit aĩam tuã sine fallo ⁊
p⁹ te vẽiet q̃ eccl̃iaz Pragẽsem adducz ad mr̃ez fideliũ ⁊ erit noua reformatio in Bohẽia

Hic debet stare Hungaroꝝ rex armatus.

Capittulum vicesimum primũ.

Eu Inuidia ⁊ sola auaritia p̃ncipũ ⁊ gubernatoꝝ multos infatuauit. multosq; seduxit ⁊ q̃mplures iugulauit Qui totã substantiã. corpus propriũ ⁊ subditoꝝ causa fidei dedit in ꝑpetuã memoriam Hec memoria veneno inuidie. veneno auaritie deleť lapis angularis vnitatis scinditur gloriosus hungaroꝝ rex. ⁊c. mediocriter disponeť quia retrogradationem pacietur. Si in laudẽ tuam o Mathia aliq̃d dictauero min⁹ erit qđcunq; dixero. Nam opa summe magnitudinis tui. non p̃t explicari lingua carnis sed tunc eam scz laudem verius explebimus cũ hoc nos explere non posse cognoscim⁹ Tunc facundius loquimur cum ab his obstupescendo reticem⁹ Ad narrandũ magnifica opa tua habeo defectũ in calamo. totũ constantinopolitanũ impium p̃dicat. Tota catholica ecclia te collaudat Tu solus clipeũ crucis cristi aduersus thurcũ erexisti. Tantus em̃ splendor in laude tua. tanta in magnitudine tũ consilij dignitas vt hec a vtute donata quibus viues tpa longa inuictus cetera a fortuna ꝯmodata esse videnť Depost domuisti gẽtes. immanitate wienenses. elatos australes. etraxisti caudam Pauonis. cepisti ciuitates ⁊ oppida Flagellũ dei fuisti ꝑmissiue cetera omitto Sed tantum ea vicisti que naturam ⁊ conditionẽ habebant vt vinci possent nulla em̃ tanta vis que non ferre viribus debilitari frangiq; posset ac animũ vincere iracũdiam cohibere. victoriam temperare. Justiciã colere. fidem seruare. pacem ꝓsequi. rectos fouere ⁊ qđ om̃ibus his maius est deũ timere. Impatorem honorare. mandataq; eius seruare nouisti nihil em̃ est opis manifestũ qđ non aliquãdo deficiat ⁊ consumat vetustas. Dicente sapientissimo Salomone Om̃ia orta occidunt ⁊ senescunt Beatus igiť ppl'us tuus viri tui vt ait regina Saba ad Salomonẽ ⁊ beati serui tui q̃ stant coram te. Domabis ⁊ aliam gentem vbi famam ⁊ laudem acq̃res vltimam Sz post te exurget maior te flagellũ longiturniter ꝑcutiens canes infidelissimos Hec arguunt ex dño terre tue ⁊ gens sagiptaria regnabit tpa longa in cristicolis tuis ⁊ regnũ hungaroꝝ dabitur ⁊ reseruabitur alteri q̃ erit pius ⁊ multũ misericors quo ad ecclesiam Ipseq; r̃formabit ecclĩam Pragensem ⁊ sancte Zophie templũ Constantino. Scandetq; ad ardua inter catholicos sed non de sanguine Mathie sed de rupibus alemanie orietur ⁊ exiet rex sincerissimus.

Hic debet stare Comespalatinus Reni

Capittulum vicesimũ Secundum.

Jctat iuris naturalis equitas: Probat hoc recte rõis ꝓspicacitas. Attestant hoc annales qd̃ p̃ncipũ gesta ꝯuenit cõscribere ne obliuio mr̃ erroris interueniat. Cõgruit itaq; sepius ꝯspicere eadẽ. q̃tenus ex eis elucescat vnde bonus ꝯmendet̃ ⁊ mal⁹ vitu peretur vt sicut tamq̃z ex relucenti specl'o valeãt extergere sordes criminũ ⁊ immaculatum laudare dñm libz Jgit̃ hui⁹ comitipalatini intueri sue exaltatõis iniciũ vt pateat q̃m hõestũ fuerat sue cõuersationis p̃ncipiũ Nam splendor p̃rne gl'ie ⁊ candor lucis eterne. clare fundens ex ethere thesauros sue gratie in ip̃m comitẽpalatinũ tam mor̃ q̃m sapiẽtia. duos em̃ micantes radios largifluos ꝑ lacteũ circulũ sue clemẽtie Sic ꝙ pre ml'tis p̃ncipib⁹ q̃si colũna nubis candida v̄ginalibus esset diuinitus missa eis fluuiũ reni. Hic comespalatinus nõ est idolatra sed verus dei ⁊ cristiane religionis cultor ⁊ testis optimus. Quid autem huic iusto pio clementi principi presens Eclipsatio portendat audiat dominus meus benigno fauore

Hic debet volare Aquila supra siluam.

Sub vna silua leo medius videt. Sub alia silua leo totus videt. Sub tertia leo abscōdit

NB

Nostris tem-
poribus.

Capitulum vicesimum tercium.

Euissima ⁊ valde horrēda hui⁹ eclipsis erūt portēta ⁊ lōge seniora q̄m ab hoim̄ memoria habita aut visa fuerint. adeo vt admulgatōe ꝓcationē ei⁹ me ꝓpe deterruit. lōge namq; malicia ⁊ seuitate eclipsim illā p̄cellit q̄m maiores nr̄i Martini pontificis tp̄e fuisse narrāt. regib⁹ q̄dem ⁊ p̄ncipibus mīme ꝓ futura. ß plīmū noxia Exquo cm̄ in signo regali ⁊ capite fuerit zodiaci maximā regib⁹ ⁊ dn̄antibus iacturā indicit. Et cōtra eos vario infortūiorꝫ gn̄e crassabit plīmis q̄dē ip̄orꝫ r̄pentinū ⁊ insperatū mortis decernit exiciū O dux sincerissime fortunā influxā a celestib⁹ noli amittere Tu imitab̄ domesticos tibi ꝯtrariantes. Regē lilij excitabis Aq̄lam dormientē ꝓuocabis. Leonē siluestrē aduersus ecclesiam esurgere ⁊ garrire facies. Tu in altissimo cacumine stale tue existis. Aspectū amicabilem arripuisti A leūncul̄ honorē ꝑcepisti. Indolos prepasti. Leuncl̄os domuisti. Attēde q̄d dicat̄ q̄ se existimat stare videat ne cadat. Heu q̄d lilia in agris tuis succrescēt Nā subditi tui ꝑ hanc seuissimā eclipsationē ab inimicis aūt emulis opprimēt Alij a subditis ⁊ fa

miliaribus dñandi causa pacientur insidias. Si ti mō ciuitatibus ⁊ villulis tuis gubernatoribus ⁊ p̄sidibus crudeli semp̄ feritate p̄sens eclipsis obsistet. variisq; p̄iclitabunt̄ insidijs. Alios namq; ex honoribus ⁊ āministrationib⁹ suis cū dignitatis iactura deponet. Alios sub p̄ncipatu tuo turbulentis seditionibus oppressos populariū manib⁹ dissipatos taliter interimēt vt mortis eoꝝ auctores nec inueniri possint nec dici Et vt in summo dicā cunctis principibus Baioricam terrā tenentibus ac ibidem regnantibus funeste calamitatis decernit presens eclipsis incommoda.

Hic dz stare leo supra mōtē coronat⁹ ⁊ tres leones secū sub mōte

Capittulum vicesimūquartum.

Princeps illustrissime q̄ leonē geris in capite coronatū libeꝝ om̄i impedimēto. Attēde vt p̄ncipib⁹ ꝯgruit clemēter Nā iuxta dcm̄ p̄ncipis astrologie ptolomei vir sapiēs predominatur astroꝝ influxibus presens eclipsatio predicit tibi ⁊ tuis fortunas varias.

Nam tibi ⁊ tuis leonculis montensibus. magna glie ꝓferent insignia. aut tu vel de sanguine tuo unus erit equitū dux. aut peditū duces exercituū. aut nauale ꝓmittetur imperiū. aut aliter vt cūqz apprime equo vectus militares exercebis armaturas. vite necisqz ptāteu acquires Aduenū tuū ciuitates ⁊ castra semp phorrescent. ⁊ nisi eclipsis contra oparet processus tempis oīs felicitatis substantia tibi ⁊ tuis accederet vex fandi ca hec eclipsis in ꝓpitiū ⁊ male mortis exitū ducet nisi prudenter vigilaueris. Quia ab aqla leo montensis pacet ve ⁊ lamentū. Ergo ꝓnceps illustrissime necesse est vt fidex interptes astrox iudices faciētes celestes influxus ruinam ꝓncipū ac infortunia non cessent ꝓdicere vt cognoscas vnum solum principem in celestibus dominare.

Mortalitates ꝑ gladium ⁊ decollationes ⁊ sanguinū effusiones quas celū ⁊ stelle influūt ⁊ indicent Spero sapiētes tui o dux reconsilient amicabiles quoqz confederationes causa quietis ⁊ honestatis intromittent. influxus cū celestes aliquox mentes hominū mulcebit. Unde insidie placabunt. difficile eīm erit ortas insidias posse ad bella ⁊ sanguinū effusiões deuenire nisi priuatis reuolutio potenter id impellat. Si quos vero meri ꝓtingat qcunqz dicta ex mortalitatū illi de radice geminox vt infra patebit erunt. Itaqz erunt anni plures subintrantes ciuadē pūtem pacifica ⁊ ꝓspera ⁊ satis fertiles. compassione iam ad multos preteritos annos. nē. Patet etiā fortunā ꝓsperam arasium ure bis quox radix est Sagittarij. Illi sunt q iusticiam honestatem ⁊ pulcritudinē roboratas lege nature ꝓ fundamēto hnt. occasione cui⁹ cōmotiones intricatões facēt in vsurpatis ꝑ geminos que iustitie bōestatu pace vtilitatu derogare vident ⁊ timebit difficultas magna sub principatu tuo que tamen sine laudabili terminabit. Maius tamē piculū cō tibi vel tuis o lucentissime princeps imminebit in mancipatione nouitatū. In tuis tunenb⁹ continget ⁊ in motub⁹ ad loca aliena cū bellandi In pactis vo ⁊ compmissionib⁹ federibus ⁊ ordinatōibus tuis plusqm bellis aut exercituū motibus ꝓficient sine fallo Leo ergo in montibus securus dormiet. ⁊ in spelūcis venatores eīm vestigia eius non ꝓsiderare possunt nisi in egressu ⁊ descensu Hec corde recondet ⁊ in terris ⁊ oppidis tuis hec significata contingēt ⁊ surgent sub tuis nouitates cum quadā decentia ⁊ pulchritudine. Et quecūqz dicta sunt ꝓ me de tua potenti serenitate. Intelligi etiam debent de statu ⁊ officio ⁊ artificio arca pōpulares tuos nē. pacis cū būilitate venam. Sz de sanguine tuo esurget maior in regimine. celi rotunditas illa parit. Confederatio tua. funiculus tuus rumpetur. fides confederatio frangēt tibi. Aduersum te exaltabit aquila bestias regni. ꝓpria tui esurgent ⁊ leunculi pax dabunt fugam ⁊ merebunt. Illa arguunt ex sole domo ea ex in proprijs indolis pacient leunculi radio solari. oriente ac radiante sole cetere stelle leoniste obfuscabunt ⁊ sicut lumina vra a sole incendisus Sic eclipsationes. palliones. deuctiones paciemur tpa longa.

Statua via vbi duo pedes stant vt finis statue nabuchodonosor.

Arbor Thurcox hic stare debet depicta cū quindecim ramis. Medietas debet esse arida.

Capitulum vicesimūquintum.

Danielis scdo legit post visionē regis respondit daniel Porro qz vidisti ptē pedū testeā. pteū ferream. Sicut ferx nō pt misceri teste. sic erunt sub romāo imperio discordie inter catholicos ⁊ infidelissimos thurcos. pars solidabit sub imperio Constantinopolitano ps altera ptere scz Trapesundox imperiū tunc suscitabit deus regnū celi qō stabit ineternum.

Ottomān⁹ pm⁹ theucer oim theucrox gubnatox pm⁹ extitit impator bellicosissim⁹. hic miscuit ferx in cristianos semp cū Prutenis. Polonis. Tartaris. Ruthenis' gwerrisans. hinc inde strēnuus in ⁊ cōtra fideles xpianos in oīm vicinatu sp vbiqz Aureū caput statue xpiane rligionis intoxicās. Ergo inter oēs pores gubernatores. capitaneos ⁊ rctōres thurcox ab eisdem sic est cognominatus ⁊ connumeratus

Thamarlin⁹ xpianus maxim⁹ ⁊ antiqssim⁹ rex atz fortissim⁹ olim alemāox. armenorūqz ymmo ⁊ tartareox maiorū ⁊ minorū Capodociaeqz dns metuendissim⁹. Sp contra oēs

thurcos inimic⁹ existēs hostilissim⁹ nā sine lege ⁊ naturali māsione vti vespertiliones oēs thur
ci in mltis terris degebāt ⁊ sub vilissimo incessu eos cogebat apparere. Tunc auꝫ versum
est in stream ⁊ mutatus fuit color optimus.

Ramus Secundus.

Orchanes depost xp̄ianā r̄ligionē intoxicare volēs venena infidelitatis tandē in Slesia a
magnis polonoꝝ p̄ncipib⁹ iuxta oppidū Nauymarck vna cū suis ꝯmilitonib⁹ ⁊ thurcoꝝ
coadiutorib⁹ nūero.xlviij:miliū thurcoꝝ paucisqꝫ euadētib⁹ dei cū adiutorio seuissime est
Amorathes tercius pl'imas terras ⁊ ꝓuintias tartarie maioris ⁊ minoris interfectus
iuxta thaffam.mareqꝫ pōticū. Hellespontū.euxinū vi gladio ⁊ igne sibi strēnuissime subie
cerat.sic ꝙ imp̄ator Trapesundoꝝ ⁊ Tharlin⁹ rex alanoꝝ ac armenoꝝ ꝓpter metū non
poterant resistere Ire ip̄i⁹ heu q̄ntū passum est auꝫ ⁊ statua religionis cristianē.
Pozaytes q̄rtus regul⁹ venēosus insequēs cristiāos tandē a Thamarlino rege maximoqꝫ
metuēdissimo alanoꝝ armenoꝝqꝫ p̄ncipe capt⁹ ⁊ prostrat⁹ fuit in bello. Qui thamarlin⁹
rex sp̄ ip̄is thurcis infinita maximaqꝫ dāna ⁊ mala die noctuqꝫ gladio ⁊ igne intulit.vt dra
colus de Molda ⁊ walachia.p̄iformiter sp̄ strēnuissime in ⁊ ꝯtra oēs maledictos thurcos
om̄es suos militarissimos ⁊ egregialissimos hostilissimosqꝫ act⁹ sine intermissiōe exercens
vt verissim⁹ xp̄i adletha milesqꝫ fortis sp̄ dimicabat. ne statua Nabuchodonosor celestis
Calapin⁹ q̄nt⁹ imp̄ator cristiāissimū Sigismundū in cāpo philadel regis r̄ligio caderꝫ.
phie ꝓpe Schilcach dirissime gladio ꝯuicerat.mltisqꝫ xp̄ianoꝝ ꝯmilitoib⁹ eq̄tib⁹ ⁊ pediti
bus ibidē a thurcis heu miserrīe ꝓstratis. Et sigismundū cū.iiij.suis ꝯmilitōib⁹ fugatis vix
euasis p̄ hoc obtinuit heu thurcoꝝ imp̄ator Calapinus Trapesundaꝝ imperiū ⁊ plura alia
munitissima loca ac ciuitatū illi⁹ imperij sibi vi gladio ⁊ igne potēter subiecerat.q̄ tn̄ p̄ Eu
geniū ⁊ Sigismundū subtilissime ad gremiū eccl'ie fuerunt reportata.
Salamān⁹.vj.heu pl'imas ꝓuītias ⁊ t̄ras alāie.armēie tam maioris q̄ꝫ mīoris in ⁊ ꝯtra po
tentissimū tharmarlinū regē p̄ oīa ⁊ nigromōtana lō ꝯtinuo debellās Tandem ille imp̄ator
thurcoꝝ ad oīa ei⁹ vota ibidē lō opulentissima sūmaꝝ ciuitatū ⁊ inclitoꝝ oppidoꝝ vi ⁊ gla
dio sic suū obtentū hūit absqꝫ aliq̄ r̄sistētia thamarlini q̄ heu vna cū imp̄io suo strēnuissimo
salamāno thurcoꝝ imp̄atori fc̄us est s̄uus ⁊ tributarius
Orchanes.vij.pl'imas optīas cītates ⁊ castra ꝓuītias ac t̄ras a xp̄ianis hincinde in diuer
sis r̄gnis ⁊ p̄cipue ab ip̄io trapesundaꝝ extorsit a sup̄ ⁊ infra ec̄ maris pōtici ⁊ euxini ac bra
chij sancti georgij vi gladio ⁊ igne vbiqꝫ potentissime obtinuit.
Moyses.viij.ip̄m archanē interfecit ne r̄gnaret Tandē moyses accepit imp̄iū ⁊ multas ꝓ
uintias ac t̄ras Asie maioris ⁊ minoris. Ac ⁊ tartarie maioris ⁊ mīoris ⁊ inferioris maris
pontici ⁊ maris maioris de Sala sic vndecūqꝫ gladio ⁊ vi sibi crudelissime subiecit
Machametes.ix.in sogliana in Gordiana in sarraceniaqꝫ aq̄lonari in alania maiori belli
gerissima in cāpo tenusterij.⁊ in fertilissima capadocia.pl'imas die noctuqꝫ ꝓuītias vrbes
⁊ t̄ras optīas gladio ⁊ igne obtīuit ac subegit tributariasqꝫ ip̄io trapesundaꝝ heu nūc suo
⁊ mltas alias terras sibi potentissime subiugauit. O quanta passa est statua aurea quasi au
ricalcata ⁊ cuprefacta sancta religio cristiana.
Amorathes frater machameti obtinuit imp̄iū thurcoꝝ hic ladislaū regē Polonie deuoti
ssimum.cardinalē Julianū sancti angl'i citra philadelphiā vna cū.lxviij.milib⁹ viris electis
hoim̄ robustissimoꝝ cristianoꝝ viroꝝ gladioqꝫ dirissime ꝓstrauit sic ꝙ nisi.xxxvj.euasere.
Et dn̄s Johēs Reschoffꝫ miles ⁊ ꝯtra Cracouien̄ attestat̄ q̄ interfuit āno.M.cccc.xl. ille
thurc⁹ ip̄iū trapesūdaꝝ tespaliā peloponēsēqꝫ r̄gna ditissima ⁊ vrbes optīas seuissīe obti.

Machametes Undecimus Thurcoꝝ Impator gladio ⁊ igne obtinuit Constantinopo-
lim Museum Bosnā Thaffam Chirasoudam Romaniā maiorē. totam Asiam minorem
Histriam Traceam. Greciāqꝫ totā Crociam. Ciliam. Schlauoniam. ⁊ Dalmatiam. absqꝫ
vlla resistentia sacri Imperij aut p̄ncipū tocius germanie alte vl' basse. dempto fidelissimo
Mathia hungaroꝝ r̄ge q̄ vsqꝫ in hodiernū semp a thurcis in om̄ibus ꝓuintijs suis est dā-
natus gladio ⁊ igne q̄ ⁊ cristianissimus meret̄ dici inter om̄es catholicos quia auꝝ capitis
descendit ad ferꝝ pedis statue ⁊ iam ad lutum declinauit.

Marnetus duodecim⁹ gladio ⁊ igne prochdolor obtinuit Sermam. Ratiam. Theodoci-
am. Theodonam. Rissiam albā ⁊ rubeā. Padaleam. Walachiā maiorē ⁊ minorē Burga-
riam. Ciputiam. wurtzlaudiam. Moldā. Chorinthum. Ephesum. ⁊ Schuterun. fauorēqꝫ
⁊ confederationem Venetoꝝ ac pacē ⁊ fedus in eternū mutuo ꝑsoluentes. ꝛc. sibi heu non
prochdolor in euū cū eisdem Venetis acq̄rens. Cunctisqꝫ etiā p̄ncipib⁹ tocius cristianita-
tis adhuc dormientibus resistere non valentibus.

Doglosius habens duos filios Danoriū ⁊ Lerodū plura maiora regna dijs suis fauenti-
bus ⁊ infinitis peccatis nr̄is exigentibus ⁊ magis q̄m om̄es p̄ores Impatores Thurcorū
a cunctis cristianis p̄tendit seuissimo gladio obtinere. Nam ille doglosius cū multis cristia-
norum campiductoribus. gubernatorib⁹. primicerijs. ⁊ capitaneis exquisitissimis Rhodū
Ciciliam Calabriam Apuliā. Terram laboris. i. abrotz. Campaniam. Sardiniā. Corsicam
maioricam minoricā. Ceteraqꝫ om̄ia alia loca Insularia tocius maris mediterranei vbiqꝫ
giratim ⁊ circū circa immanissimo seuissimoqꝫ gladio ⁊ igne hinc inde om̄es cristianos oc-
cupabit ꝓculdubio ⁊ dirimet.

Capittulum vicesimūsextum.

Unde Reynhardus lolhardus in reuelatōe sua dicit Veniet de post Doglosij heres
qui se gl̄iatur de sacra stirpe genitū. Sꝫ est de Agar ⁊ agareni appellant̄ successores
sui. hij non edificabūt domos sꝫ tamq̄m ferales hōies ꝑ vastas solitudines euagan-
tes intentorijs habitant. de predis ⁊ rapina viuētes. Et inter xp̄ianos septētrionales ⁊ oc-
cidentales om̄ez bestiaꝝ rabiem supgradient̄ ⁊ mansueti cristiani ab eis conterent̄. Unde
Methodius Futuꝝ est vt ad huc semel in Alemāia ꝑtib⁹ ꝯgregati agareni exeant de de-
sertis ⁊ obtinebunt orbem terre in terra lune ꝑ octo annoꝝ spacia. ⁊ vocabit̄ via illoꝝ via
agernitie. Nam ciuitates ⁊ regna subuertent. In locis sacratis sacerdotes interficient. Ibi
dem cum mulierib⁹ dormiēt. ⁊ de sacris vasis bibent ⁊ ad sepulchra sctōꝝ iumēta ligabūt.
pro neq̄cia cristianoꝝ q̄ tunc erunt. ⁊ apud aureū pomū agrippinense interibunt ⁊ delent̄.
Cunctis heu xp̄ianoꝝ p̄ncipū resistentijs alienatis ⁊ semotis dempto hyspanoꝝ p̄ncipe
inuictissimo q̄ hunc Doglosij successorē necabit. qꝛ eleuatio Saturni sup̄ Jouē adhuc nō
habet finem. Et succumbet teucroꝝ eleuatio. adducent̄ regna ⁊ p̄ncipatus ad eccl̄iam. qꝛ
Sagittarij filij. i. hispanioli vel hungari p̄ualebūt ceteꝝ catholicis. ⁊ fugabunt maliciā sa-
turninam thurcinā p̄dictoꝝ infortunioꝝ squalore deterso ac illi maligni thurci fugati a sa-
gittarinis sub ciliade p̄nti. Sub monarcha Maximiliano vel primogenito Acharlingis.
puꝝ ac nitidū felicitatis temp⁹ accidet. Tunc namqꝫ om̄i sopita malicia leti tp̄is Jupiter il-
le beniuolus decernit gaudia. Et qd̄ saturni malicia perpetrauerat discrimine salutari Jo-
uis remedio corriget̄. Tranquilla namqꝫ felicitatis cōmoda cū maxima vite leticia decer-
nit. Sicqꝫ maloꝝ om̄i vestigio deterso ⁊ Thurcis vndiqꝫ extirpatis transmaria homines

videntur volare vt musce. Eccl'ia sctē Sophie resumet vires fortissimas tūc ꝓspeꝝ oē felicitatis tp̄s accedet. Leo siluestris adducet licio serico ad mr̄ez fideliū. eritq; noua reformatio durās tp̄a lōga. Et non audiet nomen imp̄atoris thurcoꝝ ampli⁹ inter catholicos. ꝙ si non ꝯsenserunt p̄ncipes germāie cū aq̄la grandi Intestina bella inter se incēdentes. Veniet heres Doglosij ram⁹ q̄ntusdecim⁹ thurcoꝝ deuastabit polentā misiam thuringiā hassiam prutenū. Et intrabit picardiā brabantiā flandriā ⁊ apud aureū pomū agrippinēse iuxta vaticinium merlini interficietur Hec corde recondite o fideles.

E tp̄e quo eueniēt hec mala sup̄ notata varias autoꝝ inuenio sn̄ias. Nā ⁊ si oēs per distantiā eclipsis ab ascendēte hoc inuestigare conent̄. Alij tamē ꝑ horas distantie. Alij ꝑ signa id inq̄runt q̄ tamē inter se ad huc diuersitatē nō modicā recipiūt. Alij āt ꝑ qualibet hora aut signo mēsem accipiendū iubēt Alij vo nō minoris auctoritatis vt Haly ⁊ Ptolome⁹ ꝑ q̄libet hora distātie ab ascēdente annū vnū accipiendū censent. primos igit̄ maiores imitando erunt hec mala. M.cccc.xcvj. ⁊ esurgent anno.xcviij.xcix.ccccc. videbuntur inaudita in hoc seculo.

De Inuidis iudeis in hoc tempore qualiter se habebūnt. Capittulum vicesimū septimum.

Ste pestifer quē Saturnū vereor vocitare Anno. M.cccc.lxxxviij. intrabit domūculas ꝓprias videlicz cap̄cornū ⁊ aq̄riū In q̄bus quinq; ānis maliciose se euerget ꝓfunda mala excogitāda aduersus legē isrl'. exaltando pestiferos venēatos iudeos in diuersis climatib⁹ Eruntq; p̄ncipū rctōres. medici. artiste. ꝯsiliarij. vñ ip̄is substātia accedz grādeua. amabuntur a magnatib⁹ ꝓpter eleuatōez Saturni in hac ꝯiūctione. Sz ip̄is tutorib⁹ accidēt pl'a sinistra multaq; incōmoda tp̄ib⁹ elapsis cū Saturn⁹ iunget̄ cornib⁹ arietis. Vñ dn̄s ad Ezechielem Sumite gladiū radentē pilos ⁊ duces illū ꝑ caput ⁊ barbā ⁊ terciā ꝑtē piloꝝ cōbures igne in medio eōꝝ Terciā ꝑtē ꝯcides gladio ⁊ terciā ꝑtē disp̄ges inueniū. Hec em̄ sup̄ p̄ncipes ⁊ vrbes tutores saturninoꝝ Tercia ꝑs eoꝝ fame moriet̄ ⁊ pestis in medio eoꝝ ⁊ tertia ꝑs gladio interibit inanē ventū disp̄gz ⁊ diuulgabit̄ penā illoꝝ: hec faciā in furore meo nec parcet eis oc'lus me⁹. o plebs misera hucusq; in miseria posita. q̄s te seduxit. q̄s te infatuauit. q̄s excecauit te. Nūquid sola auaritia. vt ih'm denegares aliū messiā exspectares. audite o insensati miseriq; ꝓfugi saturnini. Nūquid terribilia accidētia ꝯmiscebant̄ summe paci ⁊ bōitati ꝓphetizatis sup̄ Judeā ⁊ Ihrl'm ꝑ Ysaiā. ca.xx. dicentē. ⁊ cōflabunt gladios suos in vomeras ⁊ lāceas suas in falces. nō eleuabit gens ꝯtra gentē gladiū. neq; exercebuntur vltra ad p̄liū. cū ea em̄ pace tp̄e natiuitatis dn̄i nr̄i ihū xp̄i herodes pueros occidit. vnctio ⁊ sceptꝝ a ꝑfidia vr̄a sublata sunt ⁊ pl'a alia q̄ bōitati ⁊ paci nil derogari vident̄. Vñ Audi q̄d ꝓphetizauit ille eximius ezechiel in lege vr̄a nūquid dn̄s dixit Transi ꝑ mediā ciuitatē ⁊ signa thau sup̄ frōtes viroꝝ gementiū ⁊ dolentiū de abhōinationib⁹ q̄s faciāt isti Et iteꝝ transite vos sex viri ꝑ ciuitate sequen̄ eū ⁊ ꝑcutite oēz viꝝ sup̄ quē nō videritis thau. nemini ꝑcet oc'lus vr̄ ⁊ a sctūario meo incipite. i. sub viris ecclesiasticis ac p̄latis fidei. o p̄ncipes electores imperij vos estis isti sex viri q̄ trucidabūt istā venēosaz radicē de alemāia. Unde ezechiel Aq̄la grandis magnaꝝ alaꝝ. i. habēs in alemāia orientē ⁊ occidentē lōgo mēbrorum ductu. i. p⁹ q̄m saturn⁹ obumbrauerit cornua arietis in domo Martis plena pluuijs. i. p̄ncipibus ⁊ coadiutorio magno ⁊ varietate ciuitatū veniet ad libanū imperij afferet medullam cedri substantiā iudeoꝝ ⁊ summitatē frondiū iudeoꝝ transportabis ad terrā suā. ꝛc.

O insensati q̄d Jacob p̄riarcha ꝓphetizauit de vobis nūquid aiebat Auferet̄

sceptrũ de iuda ostẽdite septꝝ. ostendite regẽ Audite o ceci q̃d Daniel dicat. ca. suo. x. post hoc. i. templi destructionẽ in Iherosolo. nascet̃ xp̃s iusticia sempiterna ⁊ purgabit̃ visio ⁊ prophetisatio ⁊ vnget̃ sctũs sctõꝝ de quo in psalmo dauid dixit. Propterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo leticie Nunq̃d verus messias Ihũs offitiũ impatoris impleuit cũ cẽsum dari precepit cesari Nũquid offitiũ regis impleuit cũ vr̃i rabidi ꝑntes eũ coronauerũt. Nunq̃d officium iudicis impleuit cũ adulterã absoluit de manibꝰ vr̃is. Nunq̃d offitiũ legislatoris impleuit cũ ꝑcepta dedit. Nunq̃d officiũ pape impleuit cũ petro claues dedit ⁊ sup̃ cathedrã moysi vbi sedebatis qđ dixerunt audiri ꝑcepit. Nunq̃d officiũ apl̃i ipe ihũs verꝰ Messias adimpleuit cũ apl̃os ordinauit in presbiteros Nũq̃d officiũ sacerdotis impleuit. cũ vos rabidi eũ obtulistis in arã crucis. Nunq̃d offitiũ dei ĩpleuit cũ mlta miracl̃a vob̃ ostẽdit Nũquid r̃ligiosoꝝ offitiũ impleuit cũ summe paup ⁊ obediẽs fuit. Nunq̃d penitẽtis offitiũ impleuit cũ. xl. dies ieiunauit. Nunq̃d martiꝝ offitiũ impleuit cũ eũ cruci affixistis. Nunq̃d cõfessoris officiũ impleuit cũ vob̃ ꝑdicauit doctrinã sanã q̃m intelligere noluistis Nunq̃d virgo ꝑmãsit a v̄gine natꝰ v̄go in euũ manet. Uñ vr̃ Messias quẽ fingitis vẽtuꝝ tot tantaq̃ vobis faciet. q̃d verꝰ messias vobis dixit. mlta bona ostendi vob̃ ꝓpter q̃ vultis me occidere. quottidie apđ vos erã docẽs in tẽplo. O scelus o crudele nephas q̃ obedire ꝯtẽpnitis fidei. venient dies in breui in q̃bus dicetis testimoniũ hõim̃ accepimꝰ. testimoniũ ãt dei maius est. oẽs q̃ vr̃is vẽnis adheserũt eternis penis associabunt̃ Et extirpabit̃ radix saturnina ex alemania dabitisq̃ fugam vt ꝓfugi ad transmarina. effudit dñs misericordias suas copiose sup̃ vos miseros pꝰ placationẽ Sꝫ aistis hic est heres venite occidamꝰ eũ ⁊ habebimꝰ hereditatẽ eiꝰ ⁊ app̃hensum eũ occidistis ꝓpterea dispsit dñs vos obduratos in vniuersũ mundũ vt iam non hẽtis ꝓphetas regẽ sacerdotes. altare neq̃ sacrificiũ. neq̃ vnctionẽ sꝫ estis cõtruptibiles toti mũdo ⁊ in desolatione ꝑpetua Daniel ca. ix. vsq̃ ad ꝯsumationẽ ⁊ finem ꝑseuerabit desolatio vr̃a. Et iteꝝ audite o miseri q̃d Amos ꝓpheta dixit. ij. ca. Sup̃ tribꝰ scelerib̃ isrl̃ ꝯuertã vl̃ transferã ⁊ sup̃ q̃rtũ nõ ꝯuertã eos q̃ vendiderũt iustũ ꝓ argento. Primũ scelꝰ iudeoꝝ fuit vẽditio ioseph a fr̃ibus suis Scđm fuit adoratio vitl̃. in oreb Terciũ scelus fuit occisio ꝓphetaꝝ. vt dr̃ in libro hebraico q̃ dr̃ Iebomath. ca. vj. de ysaia Quartũ scelꝰ fuit vẽditio ihũ. Iđo dixit Malachias ca. j. Non est mihi volũtas in vobis neq̃ sacrificiũ vr̃m recipiã q̃m ab ortu sol̃ vsq̃ ad occasum eiꝰ magnũ est nomẽ meũ in gẽtibus. i. cristicol̃. Uñ Moyses Deutro. xxviij. Erũt gẽtes in capite ⁊ ꝓpl̃us incredulus in cauda. i. in fine mundi pauci iudei ꝯuertent̃ ad fidẽ vidẽtes se esse illusos ꝑ anticristũ Ideo Ysaie. lxix. ca. dr̃ Interficiet te ꝓpl̃m incredulũ deꝰ israhel vocabit seruos suos nomine. i. gentes cristianos Et hec de perfidis Iudeis sufficiant

Reductio aliquaꝝ reꝝ que a sup̃celestibus suas naturas ⁊ ꝓprietates recipiũt

Capittulum vicesimũ octauum.

Redendũ est vtiq̃ apđ oẽs in viuẽtibus ꝓduci semẽ cui maxima v̄tus ꝯnascit̃ mirifica ꝯmixtione summi creatoris ꝓuidentia Gen̄. j. Germinet terra herbã virentẽ ⁊ facientẽ semẽ. ita vt granũ vnũ cẽtuplũ ꝓducat Luce. viij. ⁊ ex nucleo mimo in millesies milleculo maior arbor gignit̃. In his q̃ infinito ꝑ succedentiũ sp̃mũ gignitiuoꝝ quẽadmodũ ⁊ in spermatibus aliũ nẽo sane mẽtis dubitet v̄tutes ꝯtineri: Crescũt ⁊ gẽme v̄tute astrorũ agentiũ in terrã ꝑtes eiꝰ alterãdo. soluẽdo segregãdo ⁊ purificãdo. suis v̄tutibꝰ ꝑꝑant sp̃mũ vi seminali silẽz immittẽdo vñ coagulãt̃ ⁊ inde sigunt̃ sicq̃ figendis v̄tꝰ ⁊ nat̃a inbibitur ⁊ ꝯnascit̃ q̃ maxia apparuit apđ phõs. ⁊ adhuc apparẽt ꝯstellatõibus suis debite adoptatis. vt v̄tus topasij dñdit ab alpheta saphij ab albaioch. vt hermes tradit in suo de. xv

lapidibus Sic ⁊ metallorꝫ muneris a formis celestib⁹ v̄tutes p̄stant̄ opationib⁹ nat̄alib⁹ mlt̄is sibi inuicē succedentib⁹ ad q̄ꝫ instar phī alchimiā ordinauerūt in opationib⁹ suis naturā posseten⁹ inmittēdo. q̄ corpa p̄mū calcināt. deinde soluūt. elemēta segregāt vt spm̄ sublimatū fere a ꝓp̄etatib⁹ elemētarib⁹ absolutū recipe possint quē figēdo cōstituūt ꝓut tradit geber cui sil̄is vt viuētiū semib⁹ maxima v̄tus inest purificādi metalla coꝝqꝫ materiā alterandi. ac in aliud gen⁹ iuxta ei⁹ p̄patōnem trāsmutādi. haꝝ reꝝ ꝯmemoratōez feci qm̄ sil̄is ꝓcessus fit ex astroꝝ influxib⁹. Intellecto itaqꝫ ordine ⁊ mō quo celestiū v̄tus infundit̄ amplius ꝯtēplari oportet. Qm̄ sic̄ gēme herbe ⁊ semina ⁊ alie res v̄tutes bn̄t occl̄tas sensu nō ꝑceptibiles ymmo intellectu nr̄o immerso incōp̄hensibiles dicente allruido. Cū em̄ om̄is hūana ꝯditio ex sensu oriat̄ q̄re reꝝ ꝓp̄etas quā pl̄ime q̄s sensus nō ꝯp̄hendit de eis ⁊ eaꝝ ꝯditōib⁹ nō fit scia in rōe Iste em̄ v̄tutes seminū diuersitates mēbroꝝ organoꝝ. ꝯplexionū figuraꝝ. coloꝝ. oim̄qꝫ q̄litatū occultaꝝ ⁊ m̄ifestoꝝ iuxta diuersaꝝ spēꝝ ꝯditōes efficiunt Sic gēme ⁊ herbe sil̄r ⁊ v̄tutes corpis aīal̄ incōp̄hensibili ꝓp̄etate mirādos ac ꝓdigiosos effect⁹ opat̄ Sic ex ista ꝓdigiosa ꝯstellatōe nascet̄ ꝓpheta in āno. xcvj. vl̄ circiter vt seq̄tur

Hic debet stare doct⁹ vir in cathedra habēs libꝝ ⁊ docēs populū.

Capittulum vicesimū nonum

Uod mlte secte orient̄ ⁊ aliaꝝ reꝝ culture in breuibus ānis sub istis p̄notatis tēporibus. Cum itaqꝫ vir sapiens orator ad annos ꝑuenerit discretionis Impet⁹ celestes perpendens commotiones in populo cupiens facere. Hic populum hortatur ꝑsuadet ⁊ varijs gestis animos eoꝝ corroborat ⁊ inclinationes ⁊ impetus confirmat vtilitates ppl̄i ⁊ dāna. ꝛc. prenūtians. Unde inter se ꝯfortantur ⁊ cōfederationes ⁊ pacta ineunt quibus in agibilibus suis se gerunt iuxta influxus qualitatem dicit em̄ Aristoteles scd̄o de generatione In habentibus simbolum facilior est transitus Impetu ergo in populo existenti ꝑsuasio ip̄ius in idip̄m efficacissima ⁊ motus fortissimi est. Unde suscitat̄ ⁊ ignitur anim⁹ populi ⁊ fuerit in sua affectione Carbones em̄ suffiantur flatu sola scintilla p̄existenti incendunt̄ Quare suscitare habꝫ talis ꝓpheta amicitias ⁊ seditōes trepudia ⁊ bella ⁊ alia absqꝫ astroꝝ influxus populū impellit. hic quoqꝫ vir si noticiam astroꝝ vel coniecturalem futurorum cognitionem aut imaginem scientiam habuerit. populū suis orationibus. p̄sagijs. ⁊ prodigijs sic inducet ⁊ obumbrabit. vt ip̄m ꝓphetam enuncient legibus quoqꝫ suis tamq̄m diuinis adherere studebunt timore ⁊ amore incutiente. ⁊ si vota volunt maxime ꝓmouebunt suaqꝫ strata gemata dirigent cum glorificatōe scd̄m habitudinē applicationū astroꝝ tales impetus facientiū. Hac via multe tunc orient̄ secte in mūdo ⁊ alienaꝝ reꝝ culture ꝑ nouos ꝓphetas ⁊ deificantur homines. vt in historia triꝑtita libro septimo legitur sic. Quia vero propriū paganoꝝ est homines summa felicitate deificare. Et post pauca ibidē d̄r Cilicem vero terciūdecimū deū adrianū appellauerunt. Ita ⁊ malis agibilibus ⁊ obseruationibus mundi mutationes fiunt varie iuxta rei qualitatem. Sub isto ꝓpheta noue orientur leges ⁊ abrogantur veteres. Uiri docti Juriste dcp̄uabunt̄ Mercurij felicitas amittet̄ in plurib⁹ regnis Mala moneta esurget vbiqꝫ vnde populus vndiqꝫ ex accionat̄. sic ꝙ tumult⁹ magnus esurget in populo cristiano. rebellisantes contra magnatos. Insidie multe latenter orientur in ꝑegrinis ac itinere arreptoribus. Multiqꝫ rabidi homines sic ꝙ timor ac tremor in populo videbitur que antea non sunt audita. Ex istis nouis inclinationibus esurgent sequunturqꝫ magne alterationes aeris annis istis.

Hic debet stare rex alterans leges ⁊ cōstituēs aliā nouā legem.

Capittulum Tricesimū.

